Constantinus romanus sedit an 1 mensem 1. hic exutus habitu statim factus est presbiter. tirannica ambitione in vasor papatus extitit quod magnum scandalum ecclesie fuit secundum zelo fidelium privatur et oculis abscinditur :—

Stephanus erinii siculus sedit an 3 menses 9 dies 28. hic rome venerat sinodo omnia que constantinus ordinaverat deordinavit preter baptismum et crisma et alia irrita et vana decrevit :—

Anno 9866. Eraclius africanus imperavit cum constantino filio suo. hic cosdroe regem persarum qui multas civitates romanis abstulit devicit. Eraclius in iherusalem intravit per portam de qua ihesus ad passionem exivit que mirabiliter se clausit secundum ipse confessus est pacem sua porta se mirabiliter aperuit. In 12 anno imperii sui maumethus princeps latronum et edoctus a sergio pestifero monacho incepit falsam suam legem publice predicare et cum fictitiis miraculis se hominem dei appellare iussit. et in anno 28 regni eraclii sequaces maumethi iherusalem ceperunt. perses et arabes ei credunt preter iacobum qui christum asserunt de virgine natum et celos ascendisse secundum nequaquam deum fuisse. Maumethus vero in morte reliquid ebermuthone vicarium suum. hic imperat an 31 —

Constantinus filius eraclii cum yrodano fratre suo imperavit. hic hereticus fuit plures voluntates et operationes in christo ponebat propter quod martinus papa gallum ducentorum episcoporum celebravit et ipsum in hereticum anathematisavit unde constantinus martinum papam cersone in exilium relegavit ibique mortuus. deinde in italiam veniens a vitaliano papa honorifice receptus est ubique depopulatus et civitatibus Ciciliam navigavit et in baluco a suis occiditur. Milites eius quendam mazezium armenium creaverunt in imperatorem secundum constantinus filius constantini cum morte turpissima interfecit. hoc tempore sarraceni sub lege maumethi affricam occupant, et humarus princeps sarracenorum iherusalem occupat et de ecclesiis dei stabula equorum faciunt. hic imperat an 27.

Constantinus quartus filius constantini tertii fuit catholicus homo et multas ecclesias restauravit. sextum sinodum constantinopolim 300 episcoporum celebravit in qua Cesarea regina persarum cum viro suo interfuit et cum 400 milibus personis generis itali sinodo baptisati sunt. hoc tempore sarraceni Ciciliam depopulant. hic imperavit an 17

Anno 9933. Justinianus secundus filius constantini quarti pacem cum sarracenis per decem annos confirmavit. tempore sergii pape. hic multas ecclesias restauravit. Sergius papa gallum celebravit et in multis se opposuit iustiniano propter quod iustinianus hereticus factus est. leo princeps militie iustiniani cum iustinianus nasum absciderat cum papa se coadunavit et iustinianum de imperio privavit nasum et linguam ei abscidens qui leo patricius imperium usurpavit. hoc tempore venerabilis beda presbiter floruit. hic imperat an 10 :—

leo patricius fraudulenter cepit imperium et ipse tempore vigilii papa constituit secundum tiberius dux exercitus romanorum leonem devicit et in cersona in vinculis relegavit. unde iustinianus de imperio iam fugatus fuit secundum sergius papa gallum celebravit et vigilium antipapam dampnavit ac omnem qui in papatum usurpaverat dampnavit. hic imperat an 3

tiberius dux cum fraude imperium obtinuit. iustinianus secundus exercitum fugatus cum rege turcorum parentelam contrahens leonem et tiberium in vasores imperii suspilavit et quotiens nasum sibi tangebat unum de adversariis suis occidebat. hic imperat an 7

Justinianus secundus iterum reassumpto imperio fuit catholicus homo et nunquam agebat contra constantinum disessit. hic deliberavit cersonam ubi in carcere stetit destruere secundum cersonenses quendam civem suum nomine philippum et exulem eorum capitaneum conduxerunt qui cum magno exercitu constantinopolim iniit et cepit et iustinianum ibi interfecit. hic imperat an 6 :—

Anno 9961. philippus hereticus omnes picturas ecclesiasticas combussit propterea quod romani ymaginem numismatis sue recipere noluerunt secundum ob timore romanorum ipse in Cicilia fugit. hic imperat an 1 cum dimidio :—

Anastasius secundus qui philippum imperatorem in Cicilia cepit et eum privavit. hic imperius per unum imperium suscepit et itali privilegiis suis persistit. philippum presbiterum unum ecclesie rome constituit. hic ab exercitu suo privatus et teodosius constitutus qui anastasium presbiterum ordinavit. hoc tempore sarraceni constantinopolim depredant. hic imperat an 3 :—

teodosius tertius qui benignus et humilis fuit quem leo de imperio deposuit et presbiterum constituit. hic imperavit an 1 :—

Anno 9969. leo tertius cum constantino filio suo imperavit. hic iubet incendi omnes ymagines ecclesiasticas secundum a gregorio tertio correctus destitit. hoc tempore sarraceni hispaniam occupant secundum pippinus et Carolus et marcellus filius eius soli in una die interfecerunt ex ipsis 300 milia secundum sarraceni constantinopolim invadunt. Richoudus dux frisonum adductus ut baptisaretur cum unum pedem in lavacro posuisset audiens quod sui in inferno essent dixit cum eis esse velle qui post tres dies morte subitanea punitus est. hic imperat an 27

Constantinus quintus filius leonis imperator. Aistolphus rex longobardorum italiam depopulatur et a romanis tributum exigit secundum stephanus papa secundus in francia per pippino iuvit qui statim veniens et aistolphum debellavit. Interim Carolus et marcellus saxones, almanos, suevia ac bavaria, equitanos et burgundiones sibi subiecit. hic carolus genuit carolum magnum et pippinum. Carolus magnus per zachariam papam factus est presbiter secundum pippinus obtinuit regnum et genuit Carolum magnum. hic imperat an 39

leo quartus constantini filius. hic coronam de carbunculis que in ecclesia sancte zophie super altare in capite tenebat furatus fuit et capiti suo imposuit statim moriebatur. hic imperat an 9.

Constantinus sextus filius leonis imperator cum yrena matre sua que post quintum annum de imperio decessit propter quod ipsa omnes filios constantini excecavit. hic inventus lapis in visceribus terre sub quo erant corpus defuncti hiis litteris aureis inceptum nascitur ex virgine. hic in sinodo fuit est constantinopolim 340 episcoporum ubi confirmatum est spiritum sanctum procedere a patre et filio. hic imperat an 10

Nicephorus grecus imperat an 9. hoc tempore sarraceni occupant orientem et occidentem et imperium romanorum ad nichilum devenit :—

Michael grecus nichil dignum memorie egit. hic imperavit an 2 :—

dentem et super romanos ... Michael grecus nichil dignum memorie egit. hic imperavit annos 2.

(74 Imperator Michael imperat annos 2)

(75 Imperator Carolus imperat annos 14)

Anno 794. Carolus magnus desiderium regem longobardorum rege captivum duxit. Romam visitavit et pedester ad omnes ecclesias ivit et eis magna dona tribuit. Florenciam et mediolanum et alias civitates multas in ytalia reedificavit, et omnia que pater suus sancto petro concessit confirmavit, et ecclesie largitus est ducatum spoletinum et beneventanum. hic hyspaniam et totam ponentem sibi subiugavit. Ivit sanctus ... temperavit ... fideliter vixit, thesauros suos ecclesiis et pauperibus erogavit. filios suos parvulos ad equitandum et armis exercebat, filias suas colo et fuso lanificio operi assuescere faciebat ne ocio torpescerent. sub adriano papa factus est imperator. Constantinopolitanus partem corone domini Ihesu Christi et dederunt quam in manu teneret florentem ... ierosolimitanum partem ligni sancte crucis et clavorum et brachium sancti simonis et largiti sunt. hic dotavit episcopatus treverensem coloniensem bituricensem et maguntinensem. hic floren... aplicavit muris firmissimis et multis privilegiis eam illustravit.

(76 Imperator Ludowicus imperat annos 26)

Ludowicus filius Caroli tres filios habuit scilicet pippinum quem equitanie regem fecit et lotarium quem cesare constituit cum ytaliam conquisit, et ludowicum qui germanis et bavaris imperavit. ludowicus a filiis suis vinculatus. ludowicus exulavit qui decimas ecclesie non dabat. Sed michael imperator grecorum cum magnis muneribus eum visitavit. hoc tempore urbanus presbiter floruit. hoc tempore quedam puella duodecim annorum in die pasce corpus domini suscepit et per tres annos totum tenuit et sine alio cibo vixit. hic imperavit annos 26.

(77 Imperator Lotarius imperat annos 15)

Lotarius cum fratribus suis bella parat ita quod vires eorum attenuati sunt et regnum ad nichilum deduxerunt sed postea concordia inter eos facta est. hoc tempore sarraceni romam invadunt et ecclesias depopulant in affricam redeuntes et in mari submersi sunt. hoc tempore etiam normanni et saxones galliam ferro et igne devastant. hic dedit filiis suis regnum et clericus factus est. Iuxta morte angeli et demones animam sua volebant sed orationes sacerdotum angeli eam de potestate demonum ceperunt. hic imperavit annos 15.

(78 Imperator Ludowicus imperat annos 21)

Ludowicus secundus filius lotarii a sergio papa coronatus est. hic in pace totam ytaliam quietavit et in ytalia mortuus est. hic habuit filium demoniacum ob id regnum datur Carolo calvo patruo ludowici qui troiam turonie construxit. Sub brixia visibiliter ignis et sanguis pluebat. danai orto rege eorum qui christianus erat. hoc tempore angliam destruxit. hic imperavit annos 21.

(79 Imperator Carolus imperat annum 1 menses 2)

Carolus secundus imperat annum 1 menses 2 cum ludowico filio suo. hic sarracenos de cicilia expulit. hic multas ecclesias in ytalia et in francia reparavit. ludowicus frater eius sui gratia plura cum eo conquisit. hoc tempore zedechias iudeus ... ludowici ... Carolum interfecit. hic Carolus coronatus est a papa iohanne qui ulterius erat ... rebellare comitem sibi constituit.

(80 Imperator Carolus imperat annos 12)

Carolus tercius dictus Carolus grossus filius Caroli secundi. hic domavit normandos paganos danos et regem eorum baptisavit. hic genuit robertum. robertus genuit wilhelmum. guilhelmus genuit richardum. richardus genuit alium richardum. Richardus genuit robertum qui genuit guischardum qui appuliam, ciciliam, Calabriam, venetos et alleximum imperatorem grecorum sibi subiugavit. hic imperat annos 12.

(81 Imperator Arnolphus imperat annos 12)

Anno 890. Arnolphus normandos danos leodienses et maguntinos incredibili plaga prostravit. hic nepos Caroli tercii fuit. hic imperat annos 12.

(82 Imperator Ludowicus imperat annos 6)

Ludowicus tercius filius arnolphi imperio finis imperii francorum devenit quia tempore in ytalia loco sui quendam berengarium alamanum constituit qui berengarius dum sibi ludowicum ... pariter de regno et vita eum privavit. hic imperavit annos sex.

(83 Imperator Berengarius imperat annos 4)

Berengarius dux bavarie cum romanis maxima plura conquisit quorum romani memores erant beneficiorum Caroli magni qui sine licentia eorum factus fuit imperator. hic imperavit annos quatuor.

(84 Imperator Conradus imperat annos 7)

Conradus alamanus caruit benedictione apostolica et dum se mori videret henricum filium ottonis ducis saxonie in imperatorem constituit. sed principes ytalie hoc negotio deliberaverunt et ordinaverunt quod ultus imperator eligeretur alamannus. hic imperat annos septem.

(85 Imperator Berengarius imperat annos 8)

Berengarius secundus filius primi electus a principibus ytalie et non ab aliis nationibus ideo non imperator sed rex ytalie nominatur. hic imperavit annos 8.

(86 Imperator Henricus imperat annos 18)

Henricus primus dux saxonie et pater primi ottonis saxonie existens electus a romanis et ab exercitu armatorum multum imperium ampliavit sed caruit benedictione et multe nationes ei non paruerunt. hic imperavit annos 18.

(87 Imperator Berengarius imperat annos 7)

Berengarius tercius filius secundi electus a principibus alamanorum et non ytalicorum. hoc tempore grande scisma oriebatur inter nationes quia quelibet natio eligebat sibi imperatorem. Francigene et hispani obediebant imperatori a clero gallie electo. Alamani obediebant imperatori a principio electo. sed alie nationes obediebant imperatori a papa electo. hic imperavit annos septem.

(88 Imperator Lotarius imperat annos 2)

Lotarius alamanus electus a principibus alamanorum quod benedictus fuit. ob id multe nationes sibi obediebant. Ideo inter imperatores scriptus est. hoc tempore corpus solis totum eclipsatum fuit colore sanguineo per plures horas significans sedem ytalicorum venire ad manus alamanorum et deinde magna cedes secuta est. hic imperavit annos 2.

Berengarius quartus et nepos primi electus ab alamannis expulsus fuit de ytalia ab ottone duce saxonie qui electus fuit in imperatorem a principibus ytalie qui duo imperatores in ytalia sanguinea plura commiserunt ex quibus innumerabilia hominum defecta sunt. sed berengarius superatus ab ottone et imperio cessit cum otto lombardiam tradidit ... captus est in bavariam. hoc tempore ...

(99 Papa Stephanus 3us)

(100 Papa Adrianus primus)

Anno 772. Adrianus theodori romanus filius sedit annos 23 menses 10 dies 18. hic convocavit Carolum magnum et sinodum 150 episcoporum rome presente ... celebravit. Item aliam sinodum constantinopolim 320 episcoporum celebravit in qua statutum est monachis qui secularis pannis et allucis amictis utebantur ad pristinam parsimoniam et observantiam spiritualis vite sub magno iudicio reducti sunt. Carolus desiderium regem longobardorum in papam ... in urbis rome muros et turres reedificavit. porticus circa ecclesiam sancti petri fecit, et omnia que pater suus et alii antecessores donaverunt sancto petro ipse confirmavit, et constituit ut qui contra ecclesiam aliquid exerceret privatus omni honore existeret.

(101 Papa Leo 3us)

Leo astolphi romanus filius sedit annos 20 menses 5 dies 17. hic constituit letanias in die sancti marci. hic captus a ... et lingua privatus amputatis oculis sed deus eum restituit qui statim ad gallias pergens Carolum magnum ad ytaliam introduxit qui talibus inimicis vindictam exercuit, et urbi rome pape largitus est leoninam civitatem que rome sita est composuit et tot ecclesias romani fabricaverunt quot littere sunt in alphabeto cuilibet attribuendo litteram suam.

(102 Papa Stephanus 4us)

Stephanus iulii romanus sedit menses 7. hic in gallia proficiscens a ludowico imperatore honorifice et mirifice receptus est ibique sepultus.

(103 Papa Pascalis primus)

Anno 820. Pascalis martyni romani filius sedit annos 7 dies 22. hic corpus beate cecilie ipsa revelante et corpus sanctorum tiburtii et valeriani et urbani pape invenit et mirabiliter decoravit ipsa ... etiam reconditum in ecclesia sancte praxedis 2000 corpora martirum ibidem honorifice ornavit.

(104 Papa Eugenius 2us)

Eugenius boemundi romanus filius sedit annos 3 menses 11. hic placitos ... et mortui ...

(105 Papa Valentinus primus)

Valentinus romanus sedit dies 40. hic simplex presbiter fuit.

(106 Papa Gregorius 4us)

Gregorius iohannis romanus filius sedit annos 16. hic celebre festum omnium sanctorum instituit in concilio 200 episcoporum. Quidam peccati romani ad soldanum babilonie iverunt asserentes sibi si in ytaliam veniret cito eam possideret qui cum tot sarracenis ut quasi terram implerent venit romam cepit et ecclesias depopulant ex eis stabula faciendo sed gregorius galliam pergens ludowicum imperatorem et guidonem regem longobardorum in ytaliam duces sarracenos expulsi sunt cum magna effusione sanguinis christianorum. unde tuscia, apulia, et cicilia devastata sunt.

(107 Papa Sergius 2us)

Sergius romanus filius sedit annos 3 menses 11 dies 14. hic coronavit ludowicum secundum. iste dicebatur os porci et ideo ab isto antea mutatum est nomen proprium pape.

(108 Papa Leo 4us)

Anno 840. Leo raduldi romani filius sedit annos 8 menses 7 dies 6. dum christiani persequentur sarracenos primam composuit hanc orationem. Deus cuius dextera, et dum reparabat hospitia sancti petri composuit hanc orationem. Deus qui beato petro. Adolphus rex anglorum obtulit tributum ecclesie per unamquamque domum nummum unum argenteum in perpetuum.

(Papa femina) Iohanna anglica in veste virili nutrita et theutonicis docta in papam eligitur. sedit annos 2 menses 5 dies 4 quod concepit ex famulo suo et inter ecclesiam lateranensem et sancti clementis peperit et ibi viva sepulta est. ob id papa obliquat talem viam hodierna die.

(109 Papa Benedictus 3us)

Benedictus petrodi romanus filius sedit annos 2 menses 2. hic constituit ut clerici devote et ordinate incederent.

(110 Papa Nicolaus primus)

Nicolaus theodori romani filius sedit annos 9 menses 2 dies 20. hic sanctissimus homo fuit et corpus beati clementis in mare invenit cum ibidem ecclesiam mirabilem construxit.

(111 Papa Adrianus 2us)

Anno 870. Adrianus filius talari episcopus rome fuit et sedit annos 5.

(112 Papa Johannes 8us)

Johannes episcopus portuensis et civis sedit annos 10 dies 2. hic concilium constantinopolim 380 episcoporum celebravit. isto tempore sarraceni ytaliam destruxerunt.

(113 Papa Martinus 2us)

Martinus sedit annum 1 menses 5.

(114 Papa Adrianus 3us)

Adrianus adriani romanus filius sedit annos 6.

(115 Papa Stephanus 5us)

Stephanus adriani romanus filius sedit annos 6 dies 19. Normanni et dani galliam destruxerunt.

(116 Papa Formosus primus)

Formosus episcopus portuensis sedit annos 5 menses 6. hic per iohannem octavum degradatus est usque ad laycalem statum. deinde civitatis episcopus sed martinus secundus eum restituit propterea quod multa ignominia orta sunt.

(117 Papa Bonifacius 6us)

Bonifacius tuscus sedit annum 1 menses 3. Quamvis iste a formoso episcopus factus fuerit tandem invitus fecit quod formosus decreverat et in concilio corpus formosi positum in papali veste et inde exutum et laycali veste indutum abscisis digitis in mari iactari precepit. sed piscatores ipsum invenientes in sancto petro reportaverunt.

(118 Papa Stephanus 6us)

Anno 906. Stephanus romanus sedit dies 19. hic omnia de formoso que bonifacius decreverat confirmavit.

(119 Papa Bonifacius 7us)

Bonifacius romanus sedit menses 3 et dies 22. hic formosum defunctum exhonoravit.

(120 Papa Theodorus 2us)

Theodorus romanus sedit dies 22. hic contra stephanum papam sentiens revocavit omnes constitutiones formosi.

(121 Papa Johannes 9us)

Johannes sedit annos 2 dies 24. hic pugnavit cum romanis et gallis, 78 episcoporum ravenne celebravit ubi ordinationes et gesta formosi confirmavit et irrita decrevit que stephanus et bonifacius fecerunt contra formosum.

(122 Papa Benedictus 4us)

Benedictus romanus sedit annos 3 menses 2.

(123 Papa Leo 5us)

Leo sedit dies 40. Cristoforus capellanus suus eum capiens et in carcerem trudens ut improbe invasit papatum.

(124 Papa Cristoforus primus)

Cristoforus sedit menses 7. per sergium de papatu eiectus est et factus est monachus. clerici sibi obediebant ob id in nomine ponitur.

(125 Papa Sergius 3us)

Sergius benedicti romanus filius sedit annos 7 menses 3 dies 16. hic cum auxilio francorum cristoforum violavit et corpus formosi de sepulcro extrahi et pontificali habitu decoratum et in sede ... exutum decollari precepit et in tiberim iactari sed piscatoribus inventum et ad sanctum petrum reportatum et constitutionem fecit quod de homine mortuo iustitia fieret.

(126 Papa Anastasius 3us)

Anastasius romanus sedit annos 2 menses 2. vacavit sedes mensem 1.

(127 Papa Landus primus)

Landus romanus sedit menses septem.

(128 Papa Johannes 10us)

Johannes filius sergii pape sedit annos 13 menses 2 dies 3. hic cum auxilio sarracenorum ... papatus extitit que comes ... et alter iohannes surrogatur qui male intravit statim mortuus est sed iohannes decimus introduxit sarracenos qui ytaliam destruxerunt.

(129 Papa Leo 6us)

Leo romanus electus a clericis sedit menses 6 dies 15. Quidam clerici fallaci elegerunt adhuc alterum papam nomine leonem septimum in cathalogo sanctorum scripti sunt.

(130 Papa Stephanus 7us)

Stephanus romanus electus a clericis sedit annos 3 menses 1 dies 12. sed persecuti monachi cum certis laycis elegerunt adhuc unum alium papam.

(131 Papa Johannes)

Anno 940. Johannes romanus electus a clericis sedit annos 5 menses 10 dies 14.

berengarius quartus et nepos primi electus ab almannis expulsus fuit de ytalia ab ottone duce saxonie qui electus fuit in imperatorem a principibus ytalie qui duo imperatores in ytalia sanguinea prelia gesserunt exercitibus innumerabilibus hominum defecta sunt set berengarius victus ab ottone et imperio cessit cui otto lumbardiam tradidit in dominium qui postea reversus est in bavariam. hoc tempore quedam mulier in burgundia peperit filium qui ab umbilico superius habebat duo pectora et duo capita cum membris suis et dum unum caput dormiebat alterum vigilabat et per plures dies una pars defuncta est ante aliam. hoc tempore ecclesia lateranensis corruit quam papa a fundamento super reparavit. hic imperavit annis 11 :—

Anno 920 otto dux saxonie a principibus ytalie et a romanis electus et coronatus a iohanne papa 12 qui per totum mundum multas ecclesias restauravit habens uxorem sterilem venit cum ea visitare ecclesiam sancti petri rome quo facto concepit et peperit filium masculinum cui pater nomen suum imposuit in fonte baptismatis et tradidit ei in uxorem filiam imperatoris constantinopolitani. postea otto imperator audiens lasciviam vite iohannis pape 12 ipsum deposuit de papatu et eligere fecit quendam leonem in papam 8 et reversus est in almanniam. interim clerici romani quendam benedictum papam contra eligerunt quia ipsi obediebant et ob id ipsum a catalogo sanctorum patrum. quo audiens otto imperator romam veniens leonem restituit et benedictum vinculavit et secum in saxoniam portavit et ibi in exilio mittitur ibidem moritur et in laudabili civitate hamburgh sepultus est. hic imperavit annis 12

Otto secundus filius primi coronatus est a benedicto sexto. hoc tempore sarraceni greci barbari calabriam invadunt set otto cum francis et almannis miserabiliter se eis opposuit et fractus est sanguineo prelio set romani beneventani christianos perdiderunt propter quod otto captus fuit a grecis qui loquentes ydeomate eorum credebant ab ottone non intelligi set otto eorum ydeomata intelligebat et rogavit eos ut in siciliam eum ducerent propter thesaurum suum quem eis dare cupiebat quo facto siciliam cum applicuerunt et liberaverunt eum qui immediate factus est clericus et in ecclesia sancta fideliter servivit. hic imperavit annis 10 :—

Otto tercius filius secundi quem pater suus annis imperii agrecis a principibus ytalie cum in imperatorem eligere fecit. hic a benedicto septimo coronatus est et in prelio defunctus est. hic imperavit annis 17 :—

Otto quartus filius tercii qui coronatus est a gregorio 5. hic maiorem devotionem in archangelo habuit et more peregrini ecclesias in apulia visitavit et reversus est in almanniam. interim crescentius consul romanorum gregorium quintum et fratrem in sede gradu ipsius ottonis de papatu deposuit et quendam placentinum grecum in papam constituit quod audiens otto de saxonia roma rediens crescentium decapitavit et antipapam suum orbatum vinculavit :— hoc tempore electores imperii ordinantur scilicet episcopus maguntinus cancellarius germanie episcopus treverensis cancellarius gallie episcopus coloniensis cancellarius ytalie marchio brandeburgensis camerarius imperii comes palatinus dapifer imperii dux saxonie qui ensem coram imperatore deportat et rex bohemie pincerna imperii et vacavit imperium annos duos. hoc tempore decretum factum est pro tota universitate christianorum ut scisma electionis imperii tolleretur. otto iste quendam hugonem de brandeburgh vicarium suum florentie reliquit qui septem abbatias et totidem monasteria ibidem edificavit. hic imperavit annis 19.

Anno 1002 henricus secundus dux bavarie electus ab electoribus multa bella pro fide christi contra sarracenos commisit. regem ungarie convertit et sororem suam sibi in uxorem tribuens. hoc tempore luna visa fuit in colore sanguinea per plures dies. henricus multas ecclesias et episcopatus composuit. et florentie abbatiam ad sanctum miniatum in monte edificavit. hoc tempore florentini civitatem vepulaz in totum destruxerunt. huius henrici uxor fuit sancta cunegundis et ambo virgines permanserunt. episcopatum bambergensem edificavit ibidem requiescunt miraculis choruscando. vacat imperium annis 2. hic imperavit annis 12 cum dimidio :—

Conradus secundus rex bohemie totum mundum in pace quietavit et nunquam sanguinem humanum spargere voluit et legem constituit ut nulla duacio cum alia prelia committeret nisi de licentia pape et imperatoris ut quis contrafaceret tale statutum quod totus mundus christianorum contra insurgeret. decretum multas leges condidit. vacat imperium annis 3. hic imperavit annis 20 :—

Henricus tercius filius conradi secundi decapitavit quendam pandolphum de capua qui vicem regis ytalie tenebat propter crudelitatem suam alium pandolphum in vice regis ytalie instituit. hoc tempore goffredus dux normandie romam destruxit. hoc tempore corpus pallantis gigantis et filius evandri sub terra inventum fuit cum lucerna ardente que nec flatu nec liquore extingui potuit set cum ferro facto foramine subito flamma extincta est. hoc scriptum fuit scripta super epithaphium sepulcri. filius evandri pallas quem lancea turni occidit. hic iacet. error de corpore christi hic oritur apud religiosos et heremitas et ypocritas qui predicabant illud esse figuram et non substantiam. set papa nicolaus secundus fecit concilium 220 episcoporum et declaravit per decretales et expresse invenerunt illud esse corpus christi et non figuram et scisma imposuit monachis et heremitis sive ypocritis ut amplius non predicarent. hic imperavit annis 19 :—

89 imperator berengarius imperavit annis 11

90 imperator otto imperavit annis 12

91 imperator otto imperavit annis 10

92 imperator otto imperavit annis 17

93 imperator otto imperavit annis 19

95 imperator henricus imperavit annis 12 cum dimidio

94 imperator conradus imperavit annis 20

96 imperator henricus imperavit annis 19

131 papa Johannes 11

Anno 940 Johannes romanus electus a clericis sedit annis 2 menses 10 dies 14.

132 papa Leo 8

Leo romanus sedit annis 3 menses 6 dies 10.

133 papa Stephanus 8

Stephanus germanus sedit annis 2 menses 2 dies 14.

134 papa Martinus 3

Martinus romanus sedit annis 2 menses 6 dies 12.

135 papa Agapitus 3

Agapitus romanus sedit annis 8 menses 6 dies 10.

136 papa Johannes 12

Johannes romanus sedit annis 7 menses 10 dies 5. hic fuit filius alberici principis romanorum. albericus ordinavit post mortem agapiti octavianum filium suum in papam eligi et dictus est johannes duodecimus. hic fuit venator et copiam meretricum habens semper in domo sua. propter quod cardinales occulte pro ottone principe saxonum miserunt unde iohannes alteri cardinalium nasum abscidit alteri manum set tandem iohannes deponitur et leo substituitur cum adiutorio saxonum :—

137 papa Benedictus 5

Benedictus sedit menses 11 dies 6. hic vivente leone a romanis factus est papa et clerici ei obedientiam fecerunt ob id ponitur in exilio.

Leo electus a clero sedit annum 1 menses 2. hic propter maliciam romanorum constituit quod nullus in papam eligebatur nisi de consensu imperatoris :—

138 papa Leo 9

Johannes de normandia sedit annis 7 menses 11 dies 14. petrus prefectus rome eum in exilium posuit set cum adiutorio ottonis imperatoris reversus est :—

139 papa Johannes 13

Anno 982 benedictus romanus sedit annum 1 menses 6. hic a cinthio prefecto romano vinculatus et in castro sancti angeli mittitur et ibi strangulatus est quia electus non fuit a romanis :—

140 papa Benedictus 6

Honorius electus a clero sedit annum 1. laici ei non obediebant set soli clerici :—

141 papa Honorius 2

Bonifatius sedit menses septem dies 12. hunc romani suffocaverunt et benedictum papam constituerunt qui depredavit ecclesiam sancti petri constantinopolim transmeavit et inde reversus romam plures cardinales excecavit set tandem a clero percussus est morte :—

142 papa Bonifatius 8

Benedictus romanus sedit annis 8 menses 6. hic cum adiutorio ottonis imperatoris multos romanos scismaticos occidit.

143 papa Benedictus 7

Johannes romanus sedit annis 8. hic incarceratus in castro sancti angeli fuit a romanis ibidem per quatuor menses afflictus et fame periit. hoc tempore floruit fulbertus carnotensis episcopus qui inter alia laudabilia scilicet stirpe yesse et sole iusticie et chorus nove iherusalem composuit :—

144 papa Johannes 14

Johannes romanus sedit menses quatuor. hic in maxima persecutione et afflictione fuit quia electus a clero obiit :—

145 papa Johannes 15

Anno 1000 Johannes romanus sedit annis 10 menses 7. hic doctor et dicitur eruditissimus fuit set crescentius patricius eum de roma expulsit qui in tuscia requiescens pro ottone imperatore misit. crescentius consul urbis cum senatore hoc audiens miserunt pro papa qui veniens senatus cum populo obviam genuflexi ei venerunt veniam postulantes et cantantes benedictus qui venit in nomine domini. hic unione et pace inter clerum et populum romanum firmavit et rome est sepultus.

146 papa Johannes 16

Gregorius de saxonia consobrinus ottonis imperatoris quarti sedit annis 11 menses 6. hic electus fuit a clero set crescentius consul cum senatu elegerunt placentinum episcopum constantinopolitanum in papam qui romam veniens receptus est set otto imperator romam veniens placentinum et omnes sequaces suos occidit :—

147 papa Gregorius 5

Johannes grecus episcopus constantinopolitanus electus fuit a senatu vivente gregorio sedit menses 10 quia greci et alie nationes multe obediebant ei ob id in carcere ponitur set per imperatorem ottonis quarti in exilium ductus est :—

148 papa Johannes 17

Silvester gallicus et monachus sedit annis 4 menses 1 dies 8. hic relicto habitu omagium diabolo fecit si daret ei quod polliceret. statim factus est preceptor ottonis imperatoris quarti et roberti regis francorum postea episcopus ravennatus et demum in papam assumptus est et responsum habuit a diabolo quod viveret quousque sacrificaret in iherusalem et factum est et factum est dum celebraret in ecclesia lateranensi in capella sancte crucis dicta capella iherusalem diabolus invenit eum et defunctus est :—

149 papa Silvester 2

150 papa Johannes 18

Johannes cuius genealogia non invenitur sedit menses 4 dies 24.

151 papa Johannes 19

Anno 1020 Johannes romanus sedit annis 4. hic robertus rex francorum ut sanctum colebat eum.

152 papa Sergius 4

Sergius sedit menses 7. vacat sedes propter divisionem monachorum qui petebant talem dignitatem et scandala in populo miserunt annum 1 et menses 2 et sepultus est in basilica sancti petri.

153 papa Benedictus 8

Benedictus gregorii tusculanus sedit annis 11 dies 21. hic fuit monachus nequissimus et de papatu eiectus est et magnum scisma paravit. alius electus est benedictus qui quondam episcopo visus est in inferno tormentari.

Johannes gregorii romanus filius sedit annis 11. hic maxima bella cum romanis commisit propter scisma per benedictum creatum.

154 papa Johannes 20

Benedictus alberici tusculanus et nepos benedicti preteriti sedit annis 12. hic pretiosus monachus fuit et eiectus de papatu et electus est silvester quem benedictus de papatu proiecit et iterum benedictus est electus set per gratiam privatus est et electus est gregorius qui a silvestro et benedicto de papatu eiectus est et electus est clemens set conradus imperator romam veniens omnes privavit et clementem confirmavit. benedictus visus est in quodam molendino biformis id est homo et equus.

155 papa Benedictus 9

Silvester episcopus sancte sabine sedit dies 49. hic maxima prelia commisit cum benedicto

156 papa Silvester 3

Gregorius episcopus sancte sabine sedit annis 2 menses 8. hic bellicosus homo fuit et multa romanis prelia commisit et interfecit omnes presbiteros et monachos et nonnullos laycos scismaticos set in morte ipsius cardinales nolebant eum sepelire propter multa facinora per ipsum commissa et clauserunt omnes ianuas sancti petri et factum est dum corpus portaretur ad proiciendum in tiberim omnes porte sancti petri aperte sunt et voces angelorum audite sunt cantantes in exitu israhel de egipto :—

157 papa Gregorius 6

Clemens monachus sedit annum 1 menses septem. hic magnus ypocrita fuit et collecto thesauro multo quem dedit romanis et sic papatum usurpavit. hic coronavit henricum imperatorem :—

158 papa Clemens 2

Damasus sedit dies 19. hic invasor papatus fuit et scismaticus set dum purgaret ventrem morte subitanea mortuus est.

159 papa Damasus 2

Leo almannus sedit annis 5 menses 2 dies 6. clerus et romani rogaverunt henricum imperatorem ut concederet eis virum bonum in papam qui misit eis brunonem episcopum tulensem qui romam veniens a clero et populo romano electus est et in multis choruscavit miraculis :—

160 papa Leo 10

Anno 1076 victor almannus sedit annis 2 menses 3 dies 13. hic florentie consilium celebravit 362 episcoporum ubi multos episcopos presbiteros et monachos scismaticos et nonnullos symoniacos privavit et in almannia reversus defunctus est set cardinales florentie reversi fuerunt et ibidem celebrato concilio stephanum in papam eligerunt —

161 papa Victor 2

Stephanus lotaringus sedit menses 9 dies 28. hic florentie electus est et defunctus in ecclesia maiori id est sancti iohannis baptiste sepultus est. ibi multis miraculis choruscat cuius festum celebratur in ecclesia sancti pagiri 2 die intrante mense augusti —

162 papa Stephanus 9

Anno 1024 henricus quartus filius conradi secundi cum 180 milibus christianis ad recuperandum sanctam civitatem iherusalem perrexit et quatuor capitaneos constituit videlicet ducem lotoringie …

163 papa Benedictus …

Benedictus sedit menses 9. hic electus fuit florentie …

... factus in ecclesia maiori id est sancti Iohannis baptiste sepultus est. ibi intus miraculis choruscant. Cuius festum celebre in ecclesia sancti pagratii 2a die intrante mense augusti.

162us papa Stephanus 9us

97us imperator Henricus imperat annis 49

Anno 1084 · Henricus quartus filius Conradi sedit cum 180 · milibus christianis ad recuperandum sanctam civitatem Ihierusalem perrexit et quattuor capitaneos constituit videlicet ducem Lotoringie et comitem brandenburgensem et comitem flandrie et comitem sancti egidii qui cesaream philippi ceperunt. ubi sanctus andreas apostolus imperatori apparuit dicens sibi so... in ecclesia sancti petri in antiochia et invenies ibi lanceam que corpus ihesu christi latus perforavit. quo facto post ipso eam invenit et loco vexilli eam portavit in Ihierusalem et Ihierusalem cepit. qui in Italia rediens cum superbia contra ecclesiam egit. unde gregorius septimus eum excommunicavit et barones et subditos ab obedientia et fidelitate absolvit. propter quod henricus imperator episcopum ravenatem in papam constituit et gregorius in castrum sancti angeli fugit de quo robertus guiscardus extraxit dominum papam. et dum henricus imperator comedebat quidam miles suus in mensa deum blasfemavit et mirabiliter in uno puncto tot mures ibi apparuerunt quod militem interfecerunt. hoc tempore quedam stella quasi magnitudine lune per unum mensem apparuit super terram. hoc tempore in cicilia in dominica die fuit terremotus magnus et ecclesiam maiorem in civitate siracusana cum populo ibidem existente subvertit et solus presbiter cantans missam evasit. hoc tempore gualbertus vallisumbrosie in territorio florentino habuit filium Iohannem nomine qui abbatiam et ordinem vallis umbrose composuit. hoc tempore una Comitissa nomine mathelda florentie veniens et civitatem florentie ampliavit. henricus imperator videns quod florentini post que ipsemet eligerant obedire noluerunt florentiam aggressus est et undique eam vallavit sed a florentinis debellatus discessit propter quod florentia dimissa est a potestate imperii et ad partem ecclesie sed nobiles cum eis fuerunt. hic imperavit annis 49 :—

98us imperator Henricus imperat annis 14

Henricus quintus filius quarti suscepto imperio patrem in vincula obire fecit et a pascali papa coronatus est quo mortuo gelasius in papam assumptus est. quo mortuo Calixtus papa electus est et quia imperator non interfuit electioni dictorum pontificum cum ceteris pontificibus monachum unum in papam sibi constituit sed calixtus imperatorem cum papa suo debellavit. hoc tempore Allexius imperator constantinopolitanus ytalicos devicit. Imperator henricus sine liberis defunctus est. hoc tempore robertus guiscardus ortus ex semine regis francorum romam invasit Ciciliam et apuliam cepit et rogerium filium suum regem cicilie constituit qui rogerius genuit guiselbertum et guilhelmum gloriosum regem. hoc tempore incepit ordo templariorum qui fuerunt milites elegentes sibi mansionem in portico salomonis ad defendendam sanctam civitatem ideo data sunt eis possessiones per circuitum eorum. hoc tempore floruit hugo de sancto victore. hic imperavit annis 14 :—

99us imperator Lotharius imperat annis 11

Lotharius tertius dux saxonie coronatus ab innocentio 2 · hic debellatus est a bohemis ob tradimentum suorum. Lotharius in Italia veniens quendam rogerium regem cicilie qui sibi unum papam elegerant debellaverunt et pisanos qui cum eo erant romanos senatores sine licentia pape deposuerunt quos papa constituit. hoc tempore in francia magna siccitas fuit ita quod quedam flumina siccata fuerunt. hoc tempore florentia propter ignem bis in anno destructa est. hoc tempore Comes guido cum dictis florentinos devicit. hoc tempore florentie incepit bellum civile inter populares et septies ad invicem preliabant. propter quod lotharius imperator florentie veniens et robertum alamanum vicarium constituit · hic imperavit annis 11 :—

100us imperator Conradus imperat annis 14

Conradus tertius filius lotharii cum ludovico rege francie alamanis et anglicis et cum 200 navibus magnis ad recuperandam terram sanctam pergentes per contraria entes sed greci farinam cum calce miscentes multos christianos occiderunt sed tandem ascalonitas et multas alias civitates ceperunt. hoc tempore floruit presbiter petrus comestor libri sententiarum. et presbiter gratianus frater dicti petri componens decretales epistolas. et presbiter petrus questor componens historias scolasticas qui tres presbiteri filii fuerunt cuiusdam presbiteri de lumbardia. hoc tempore florentie ignis combussit a ponte veteri usque ad sanctam mariam hugonem. et in eodem anno pons veterum super arnum existens cecidit. hic imperavit annis 14 :—

101us imperator Fredericus imperat annis 37

